



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Ex inopia & fame filios vendere coactus pater.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

D. Ambrosij verba sunt, etiam ad famis necessitatem accommodanda: *Vidi ego pauperem duci, dum cogere tur solvere, quod non habebat: Trahi ad carcerem, quia vinum deesset ad mensam potens: deducere in auctionem filios suos, ut ad tempus pœnam differre posset, inuenturus fortè aliquem, qui in illa necessitate subveniret. Redit ad hospitium cum suis pauper, diruta spectans omnia, nihil sibi ad cibum relictum: Ingemiscens filiorum famem, dolens, quòd eos non potius ei, qui posset pascere, vendidisset. Redit ad consiliu, vendendi sumit arbitriu. Compugnabant tamen inopia injuria & paterna pietatis gratia, Fames urgebat ad pretium, natura ad officium, Commori filijs magis paratus, quàm à filijs separari; saepe gradum protulit, saepe reuocauit. Vicit tamen in eo necessitas, non voluntas, & ipsa concessit pietas necessitati. Hucusque facti narratio. Addit his postea cogitationes ex affectu paterno inter se pugnantes, cerra menque mentis, in durissimo liberorum suorum casu, mirificè fluctuantis; quo ferè etiam modo alij SS. Patres distractum curis agitatumque Abrahæ animum, filium suum Deo in sacrificium immolaturi, oratorum coloribus vndecumque adhibitis, descripserunt.*

Consideremus nunc patria mentis procellas, ait, exestuantis, quem de filijs prius traderet. Quem, inquit, vendam priorem? Scio enim, quod non satis est vnius pretium ad partem reliquorum. Hoc solum diues fecunditas ad arumnam. Quem offeram? Quem frumenti auctiorator libenter aspiciet? Primogenitum offeram? Sed primus me Patrem vocauit. Hic est maior ex filijs, quem congruè honoro seniores. Sed juniorem dabo? At istum teneriore amore complector. Illum erubesco, huius misereor. Illius gradum suspiro, huius atatem. Ille iam sentit arumnam, iste ignorat. Flectit me illius dolor, huius inscitia. Ad alia me conferam. Ille mihi plus blanditur, iste plus verecundatur. Ille parenti similior, hic utilior. In illo imaginem meam vendo, in isto spem meam prodo. Me miserum! non inuenio quid faciam, non habeo quod eligam. Circumuallant me facies calamitatum, arumnarum chorus. Ferina hæc rabies est, eligere quem tradas. Fera ipsa cum pericula imminere proli, ac sibi sentiunt, solent eligere, quos liberent, non quos offerant. Quomodo igitur discernam affectum naturæ? Quomodo obliuiscar, quomodo exuam Patris mentem? Quomodo filij auctio nemo constituam? Quo sermone paciscar pretium? Quibus tradam
 O
manibus

XI.

S. Ambros. lib. de Nabuzhe. c. 5.

S. Ephrem in Abrahæ encomio. S. Chryf orat. de Abraham! & serm. 7. in 2. Cor. & lib. ad scandalum passos. cap. 10. & ipse S. Ambros. lib. 1. de Abr. cap. 8.

XII.